

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Prot. n. 744/67 CG

N

Nullitatis matrimonii

(X – Y)

Infrascripti Cardinales, Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, in sede eiusdem Tribunalis, die 8 maii 1971, congregati ad decidendam causam nullitatis matrimonii inter D.nun X et D.nam Y, die 25 septembris 1948 in loco v. “Z”, in W, initi, proposito dubio: “An constet de nullitate matrimonii, ex capite vis et metus mulieri conventae a matre incussi, “in casu”, respondendum decreverunt atque respondent:

“Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii ex capite vis et metus mulieri conventae a matre incussi, in casu”.

Dinus Card. Staffa, *Praefectus et Ponens*
Paulus Card. Marella
Aloisius Card. Traglia
Caesar Card. Zerba
Aegidius Card. Vagnozzi
J. M. Pinna, Secr.

In Audientia, die 15 maii 1971 infrascripto impertita, SS.mus D. N. Paulus Divina Providentia PP. VI, habita relatione superioris decisionis, nihil obstare declaravit quominus eadem publicetur et ab omnibus quibus spectat ad normam iuris exsecutioni mandetur.

Ex aedibus Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 17 maii 1971.

D. Card. STAFFA, *Praefectus*

J. M. PINNA, *Secretarius*

